



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis  
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum disponatur**

**Poiré, François**

**Romæ, 1639**

Desiderium, & Amor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

*Contritio cordis. 183*

re mei. Hei mihi ecce  
vulnera non abscondo.  
Medicus es, aeger sum.  
Misericors es, miser  
sum. Et tota spes mea  
non nisi in misericor-  
dia tua magna. Da  
quod iubes, & iube  
quod vis. O amor qui  
semper ardes, & nun-  
quam extingueris: Ca-  
ritas Deus meus, ac-  
cende me.

---

*Desiderium, & Amor.*

**I**Nterim quare faciem S. Aug.  
tuam auertis, gau- Sol. Rog.  
dium B. c. 1.

184 Die Iouis

dium meum, per quod  
gaudeo? Vbi es abs-  
conditus, pulcher, quē  
desidero? Odorem  
tuum haurio: viuo, &  
gaudeo: te autem non  
video. Vocem tuam  
audio, & reuivisco. Sed  
**Exo. 33.** cur faciem tuam abs-  
condis? fortè dicis: Nō  
videbit me homo, &  
viuet. Eia, Domine,  
moriar, vt te videam:  
videam, vt hic moriar.  
Nolo viuere, volo mo-  
ri: dissolui cupio, & ef-  
se cum Christo. Mori  
desidero, vt videam  
Christum: viuere re-  
AUO,

*Desid. & Amor. 185*

nuo, vt viuam cum  
Christo. O Domine  
Iesu, accipe spiritum  
meum: vita mea, sus-  
cipe animam meam.  
Gaudium meum attra-  
he cor meum. Dulcis  
cibus meus, comedam  
te. Caput meum diri-  
ge me. Lumen oculo-  
rum meorum, illumi-  
na me. Melos meum,  
repera me. Odor meus,  
uiuifica me. Verbum  
Dei recrea me. Laus  
mea, lætifica animam  
serui tui. Intra in eam,  
gaudium meum, vt in  
te gaudeat. Intra in  
eam

eam, dulcedo summa,  
vt dulcia sapiat: lumen  
æternum, illustra su-  
per eam, vt te intelli-  
gat, cognoscat, & dili-  
gat. Ob hoc enim non  
te diligit, Domine, si  
te non diligit, quia nõ  
te cognoscit; & te ideò  
non cognoscit, quia  
non intelligit, quia lu-  
men tuum non com-  
prehendit; & lux in te-  
nebris lucet, & tene-  
bræ eam non compre-  
henderunt.

*Igni.*

*Igniculi pietatis.*

**V**Ox dilecti mei:  
Ecce iste venit  
faliens in montibus,  
transfaliens colles. En  
ipse stat post parietem  
nostrum respiciens per  
fenestras, prospiciens  
per cancellos. En dile-  
ctus meus loquitur mi-  
hi, surge propera, ami-  
ca mea, columba mea,  
formosa mea, & veni.

*Cant. 2.*

Adiuuro vos, filiæ Je-  
rusalem, si inueneri-  
tis

188 *Die Iouis*

tis dilectum meum, ut  
nuncietis ei, quia amo-  
re languo. *Cant. 5.*

Aperi mihi foror  
mea, amica mea, co-  
lumba mea, immacu-  
lata mea, quia caput  
meum plenum est ro-  
re, & cincinnati mei gut-  
tis noctium. *Cant. 5.*

---

POST MISSAM.

*Gratiarum actio, &  
Vox laudis.*

*S. Aug.  
Medic.  
Cap. 35.*

**D** Ulcissime, beni-  
gnissime, aman-  
tissime